



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nucleus Casuum Conscientiæ Sive Brevis Notitia Eorum
quæ scitu vel necessaria, vel valde vtilia sunt
Confessarijs in primo ingressu ad audiendas Confessiones**

Agostini, Giuseppe

Coloniae Agripp., 1644

Ad Ordines sacros admittendi, qualia testimonia debeant adferree, n. 18.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41767

aut alia, Ordinis, in quo est cōstitutus, ministerio laudatè fuerit functus; vetat enim antiquitus in Ecclesia Dei obseruata consuetudo, eos ad superiores Ordines promoueri, qui in minorum functione se non declarauerint idoneos.

Ad Ordines sacros non admittentur nisi qui attulerint testimonia hic prescripta.

XVIII. Sciant igitur promouendi ad singulos Ordines maiores neminè à nostro in Pontificalibus Vicario deinceps Ordinandum, nisi examinandus exhibeat eidem nostro Vicario fidedigna testimonia, quod à nouissimo ordine suscepto honestè ac laudabiliter vixerit, Clericalem habitum ac Tonsuram semper detulerit, horas Canonicas quotidie recitauerit, in ordinibus susceptis se ritè & debitè exercuerit, sæpius sacram Eucharistiam sumpserit, atque nouas proclamationes (sicut supra n. 13. & 14. & seq. prescribitur) curauerit in Ecclesia Parochiali sub
quâ

quã habitat: Item nisi testimoniales literas habeat ætatis suæ per Parochum inspecto libro Baptismali, aut auditis parentum vel susceptorum, vel ijs deficientibus aliorum fidedignorum testiũ depositionibus, fideliter expeditas secundum formulas supra n. 6. & 7. annotatas, tituliq; sufficientis documẽta.

1. *Ætas ordinandorum ad Subdiaconatum, Diaconatum & Presbyteratum seruanda etiam per Regulares examinandos ab Episcopo.*

2. *Ordinatorũ ante ætatem, extra tempora à iure statuta, & sine literis Dimissoriis, Pœna.*

XIX. Circa Ordinandorum ætatẽ seruetur Decretum Concilij Tridentini, a nimirum vt nullus ad Subdiaconatus ante vigesimum secundũ, ad Diaconatus ante vigesimum tertium, ad Presbyteratus ante vigesimum quintũ ætatis suæ annum inchoatum promoveatur. Neque singuli in ea ætate constituti debent ad hos ordines assumi, sed digni duntaxat, & quorum probata